



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt vores arbejde – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele.  
Læs mere om fordele og sponsorat her:

<https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>  
Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

# BREVE OG AKTSTYKKER

**ANGÅAENDE**

# TYGE BRAHE

## OG HANS SLÆGTNINGE

S A M L E D E   O G   U D G I V N E

**AF**

**F. R. FRIIS**

---

KJØBENHAVN

ANDR. FRED. HØST & SØNS FORLAG

1875

## Forord.

---

Da Tyge Brahe paa sin Reise i Aaret 1575 kom til Basel, fandt han saa stort Behag i denne By, at han besluttede for Fremtiden at bosætte sig her eller i den nærmeste Omegn, og hvis denne Bestemmelse var blevet fulgt, vilde Byen maaskee efter hans Død være kommen i Besiddelse af hans Haandskrifter. Disse maa derimod nu, forsaavidt som de ere bevarede, søges paa mange forskjellige Steder, men en ikke ringe Deel af dem findes dog i den store Autografsamling, som tilhører Universitetsbibliotheket i Basel. Denne Autografsamling blev først anlagt af en ellers ikke meget bekjendt Dr. juris Werner Huber, som skal være død 1755; den tilhørte senere den lærde Boghandler Johannes Schweighauser i Basel, og først i Aaret 1806 kom det nævnte Bibliothek, rimeligviis ved Kjøb, i Besiddelse af den. I Samlingen findes to Foliobind, af hvilke det ene indeholder 90 Breve fra Tyge Brahe, og det andet 40 Breve til ham, samt nogle Epigrammer. Alle Brevene ere særdeles vel bevarede, og de ere indfattede paa en meget hensigtsmæssig Maade. De ere nemlig — ethvert Blad eller Halvark for sig — fastgjorte i Rammer af stærkt Papir, og det Hele indbundet i Læderbind.

Brevene til Tyge Brahe ere alle Originaler, i Reglen med Udkrift og Segl. Brevene fra ham ere derimod deels Conceptor og deels Reenskrifter, men intet heraf er skrevet med hans egen Haand, undtagen nogle af Rettelserne, samt de Underskrifter, som findes. Men Underskriften mangler somoftest, hvorimod flere af de reenskrevne Breve have modtaget saa mange Forandringer, at de ikke mere vare skikkede til at afsendes. Det er vel muligt,

at ikke alle de Breve, hvoraf her findes Copier, ere blevne afsendte; men i al Fald er det vist, at Tyge Brahe har modtaget og afsendt mange Breve, som nu aldeles ikke kjendes. De to nævnte Bind indeholde danske, tydske og latinske Breve; de sidstnævnte ere de talrigste, og heraf kunne nogle faa nærmest kaldes Forretningsbreve, medens de øvrige ere af historisk, og tildeels astronomisk Indhold.

De nævnte Manuskripter var jeg i Efteraaret 1873 saa heldig at kunne afskrive paa det store kongelige Bibliothek i Kjøbenhavn, idet Forbundsregeringen i Schweiz havde givet den fornødne Tilladelse til Udlaanet. At denne Tilladelse blev udvirket og at jeg blev sat i Stand til at udgive endeel af Brevene, skyldes forøvrigt Hs. Excellence Udenrigsminister, Kammerherre, Lensbaron O. D. Rosenørn-Lehn, samt flere Medlemmer af den Bille-Brahe'ske Familie, hvorfor jeg herved bevidner min Erkjendtlighed.

Nærværende Samling indeholder kun nogle af de latinske, men derimod alle de danske og tydske Breve, som findes i de to omtalte Bind. At enkelte Efterretninger undertiden gjenfindes i flere af Brevene, især i de danske, er vistnok ingenlunde af saa stor Betydning, at der kunde være Grund til at forkorte eller udelade noget. Ligeledes er her medtaget nogle Breve m. m., som ere hentede fra Manuskriptsamlingen i det k. k. Hofbibliothek i Wien og fra Arkiverne i Kjøbenhavn. Det er i Anmærkningerne angivet, hvorfra ethvert Stykke hidrører.

Hvis dette Arbeide maatte finde en velvillig Modtagelse, er det Hensigten at udgive flere af Tyge Brahes Breve.

Kjøbenhavn, i Oktober 1874.

F. R. Friis.

1.

1590. 6. Marts. *Brev fra Dronning Sofie til Tyge Brahe.*

Tyge Brahe fick breff, ett aff Hans Børnn anrørenndis, vt sequitur.

Sophia.

Wor gunst thilforrn; wider, att ssom I wnderdan-  
nist lader giffue thilkienude, att ssom I epther thennd  
Sthormegthigste hogbornne første och herris her Fredrich  
thend annden, Danmarckis, Norgis etc. Konning, wor  
kierre Sallig affganngne here och Gemhals Begierre,  
epther thennd Naade och Begaffuede forstanndtt, ssom  
I mett Synderlig flid och Sthuderinng, Icke wden stor  
omkostning, haffuer forhuerfuitt wdj thennd Lofflige  
Astronomiae Konnst, haffuer paa thennd Inssel Huen  
anretthitt och fulddreffuitt enn ahnssehelig bygning, och  
ther wdinnden ssynderlig ny och fornemme Instrumenrther  
thill ssamme lofflig Astro[no]miæ Konnstis Instauration  
och forbedrinng haffuer forhuerfuitt och ther thill for-  
ordnitt, Saa att hogbe<sup>te</sup> wor kierre ssalig herre haffuer  
haffdt thill sslug ethers flitthig forneme och Lofflig Konnst,  
en Synderlig gefallen och welbehag, Och epther att  
ssamme Lofflige Konnst er aff ether ther paa Lannditt  
anretthitt och fuldkommitt, haffuer I althiid<sup>1</sup> att epther  
ethers Dødt och affgangn enn aff ethers egnne wdj Syn-  
derlighed, ssom wdj ssamme Lofflig Konnst kunde findis  
schickelig och Dueligh, motthe ther thill forordnnis, och

---

<sup>1</sup> Her maa være glemt ønsket, eller lignende.

ssamme Inssell mett hues ther paa anretthett, stifthett och fuldkommitt er, Niude och Beholde, och therforre haffuer haffd wdj achtt och forsett, hoes hogbe<sup>te</sup> wor kierre Sallige Herre att wille paa thett wnderdannigst forhuerffuitt hanns Kierl. thilladellsse, att ther ssom nogen aff ethers egne Børnn kunde kiendis ther thill Duelig och Skickeligh, thennd tha for andre ssamme Inssell Huenn mett hues ther anretthitt er, att schulle werre Nest att Bekomme, Och ther for er aff oss wnnderdannigst Begierrendis, att wij Naadigst wille Bekiennde och ssige huess wij haffue hørtt aff hogbe<sup>te</sup> wor kierre Sallige herre om ssamme ethers forset och menning; Tha wille wij paa sslige ethers wnnderdannigste Begierre Naadigst Icke forholde, att wij weed oss Naadigst att Erindre och er aldellis wittherlig, att wij haffue hørtt aff hogbe<sup>te</sup> wor kierre Sallige herre, nogenn thiid for hans Kierl. dødelig afganng, attj hannss Kierl. thett schall haffue forgifsuitt, att wille Instituere enn aff ethers egnne Børnn, ssom schulle findis schichelig och duelig wdj ssamme Loflig Astronomiæ Konnst, huilcke wij well Innd nu kannd thilssinde føre och er achte, och haffue hørtt, att hogbe<sup>te</sup> wor kierre Sallige herre, Och wille sslugt paa ethers wnnderdannigst anlangende ether Naadigst Icke for ennt-holde, Och althiid ellers mett ald gunst och Naade ether werre Beuogenn etc. Befal: Actum Haffniæ thend 6 Martij Anno 1590.

Afskrift i Dronning Sofies Kopibog 1588—92 i D. K. H. i Geheimearkivet. — I samme Bog findes et Brev af 17. Juni 1589 til Henrik Gyldenstjerne, om Betalingen af 3000 Daler, som sidstnævnte var Dronningen skyldig, og derefter anføres: „Udi lige Maade fik Tyge Brahe et Brev, at hendes Maj. haver og opskrevet hannem 1000 Dl. Datum ut supra.“ I Bogen findes to Breve til Tyge Brahe om 1000 Daler, hvormed Dronningen havde forstrakt ham. Det ene Brev er dateret Kolding den 18. Juli 1590. Han havde efter Ansøgning faaet Henstand til Dagen efter Pindsedag sidst forgangen; men Pengene maatte

nu endelig betales til den forestaaende Herredag i Kolding. Tyge Brahe søgte dog atter om Henstand, og ved et Brev af 9. August 1590 gav Dronningen ham derfor Henstand indtil 14. Dage efter Michaelis førstkommande.

## 2.

*1591. 21. Juni. Brev fra Tyge Brahe til Dr. med. Anders Christensen.*

Min gandske wenlig helsen nu oc altidt forsendt med vor Herre. Magnifice Domine Rector, oc kiere Doctor Andres, synderlig gode Wen. Nest min wenlig tacksigelse for alt beuist gode, huilcket ieg aff formuen wil findis willig at forskylde. Er min gandske wenlig ben til eder, at i will well giøre, oc lade vocire oc fordre for eder, oc andre flere aff eders Collegis, hederlige oc høglerde Professoribus, eders Collegam, hederlig oc høglerdt Mand Doctor Nielss Crage, oc der till medt oc saa M. Nielss Colding, om hand er nogen stedts at finde der vdi Byen, oc lade dennom i min Fogits, wed naffn Christen Judes Neruerelse, huilcken ieg der paa fuldmact giffuit haffuer, effter som hand paa mine wegne eskendis worder, bestaa oc bekiende, alt, hues de wide sig i sandhed at haffue tildraget, den tadt, min tiener Rasmus Person, som nu er vdi Gunsøgaard, haffde vdsendt vdi forgangne Sommer to Mend aff Roschild til mig, Borgemester Christen Skyt, oc en anden, wed naffn Peder Swerdtfeger, effterdi de war da her tilstede hoss mig, at de derfor enten sampt-ligen, eller huer i seer for sig, windne och oftentlich vdi alle eders Neruerelse bekiende oc bestaa, saa widt, som de wide, at denne handell anrørerendis er, oc kunde medt en gode Conscientz for Gud oc dennom sielff wide oc bestaa, at were i sandhed tilgangen, oc ydermere for øffuerigheden, der som behoff gieris, bekiender.

Oc er her till lougligen steffnt oc kaldit for<sup>ne</sup> Rasmus Persen, ocsaasaa at tage forbemelte Mend medt sig, om de haffuer noget heri at sige, som i kunde forfare aff den Steffning oc Kaldsbreff, min Fogit haffuer ladet lesst for hannom, Paa huilcken hand oc sielff Paaskreffuit haffuer. Oc møder ocsaa der hoss mine Kaltdtsmend, som haffuer her offuer werit, oc wille bestaa det i eders Paahær, enten Rasmus møder sielff, heller oc hans fuldmectige medt de andre to, eller oc icke. Er der for min gandske wenlige bøn til eder, at i wille well giøre, oc lade mig widerfaris her vdj hues billigt oc ret er, oc Landzens skick oc brug medbringer. Oc at ieg kand faa alltingst nu strax beskreffuit, oc vnder Vniuersitetens segel bekrefftiget. Forseendis mig till eder oc de andre eders Collegis, at i her vdi giørendis worder, saa at ieg icke skal haffue mig der vdoffuer at beklage, men tacke eder for eders Vimage oc gode wilge vdi alle maade: Huilcken ieg oc saa altidt will findis, saa widt mig mugligt kand were, at forskylle gandske godtwillig oc tilgnegt. Oc will hermedt nu oc altidt haffue eder Gud Almectigste befalendis. Datum Vraniburg den 21 Junij Anno 1591.

Tyghe Brahe  
Egen hand.

(*Udskrift:*) Magnifico Domino Rectori, Hederlig oc høglerdt Mand, Doctor Anders Christensen, Medicinæ Professori vdi Kiøbenhaffns Vniuersitet. Min synderlig gode Wen, gandske wenlig tilschreffuit.

(*Paaskrift:*) Tyge Brahes breff om D. Niels Kragis och M. Niels Koldings vindsbyrdt.

Original med Segl, i Konsistoriets Arkiv, Pakken Nr. 185. Kun Underskriften er egenhændig. Jvf. Danske Magazin II, 271, 274 fg. og Tyge Brahes meteorologiske og historiske Dagbog S. 153.

*1592, 14. Marts. Brev fra Dronning Sofie til Tyge Brahe.*

Tyge Brahe fick Breff Nogen Smerlle annrørenndis vt sequitur.

Sophia.

Wor gunnst thilfornn. Wider, att Høgborne Første och Herre her Wllrich, herre och Første thill Meckelborg etc., Vor kierre herre fader, haffuer weed hauns schriff-uellse aff oss werritt Begierrenndis, att wi Naadigst wille hauns F. Naade forschaffe enn Prøffue aff thennd Jord, som kallis Smerle, som glasbrenndere allthiid leyer(!), och nu nyligenn paa Huenn schulle werre funndenn, Thi Bede wi ether och begierre, attj oss wille Vnnde och schiche enn ottinng fuld aff for<sup>n</sup>e Smerle, huilched wi sidenn hauns Kierl. wille thillsennde; Sammeledis giffue wi ether och Naadigst att wide, att wi iche synnderligg mère haffue aff thennd Brennd Antimonium, som i oss senniste gaffue och thillschichede, Bedenndis ether ther forre och begierre, attj oss endnu nogett aff for<sup>n</sup>e Brennt Antimonium wille giffue, huorudinnden i giør oss enn Synderlig thienniste och Vellgefallenn. Befallenndis etc. Actum Fredrichsborg thennd 14 Martij Anno 1592.

Afskrift i Dronning Sofies Kopibog 1588—92, i D. K. H. i Geheimearkivet.

## 4.

*1594. Februar. Brev fra Sofie Brahe (Urania) til Erik Lange (Titan).*

Urania Titani.

Venit ab Urania, quam cernis epistola. Titan;<sup>1</sup>  
 Nil sibi rescribi, te sed adesse cupit.  
 Littera multa quidem perarata est, multa supersit,  
 Ast cum te caream, quid tua charta juvat?  
 Te retinet nimium nostris ars invida votis,<sup>2</sup>  
 Non Hermes tanti, nec tota Chymia foret.<sup>3</sup>  
 Ars vana et linquens vacuatas aere crumenas,  
 Quam propter vacuo linquor et ipsa thoro;  
 Quam propter sine sole dies, sine sidere noctes  
 Orba traho, quod abes Solque Jubarque meum;  
 Ars utinam tenebris, unde orta, perisset Averni,  
 Quae mihi tot nitidos abstulit atra dies.  
 Jure vocanda atra est, quia fit carbonibus atris,  
 Non decuit niveas res ita nigra manus.  
 Ast ego quod linquar, modicum est, tu laederis inde;  
 Aegra fit hinc tua mens, hinc male corpus habet.  
 Quando etenim curis nimiis noctesque diesque  
 Carperis, ut votis ars sit amica tuis,  
 Et tandem inventum Nihil est, quod et usque requiris,  
 Nonne animus tanta spe cecidisse dolet?  
 Dum per anhela trahis foedos spiracula fumos,  
 Quos simul et carbo materiesque parit;

<sup>1</sup> Denne Linie er i den benyttede Afskrift tilskrevet af Tyge Brahe i Stedet for:

*Haec tua ab Urania tibi fertur Epistola Titan,*

<sup>2</sup> Denne Linie er tilføjet af Tyge Brahe i Stedet for følgende, som er overstreget:

*Detinet Ars nimium nostris inimica lacertis,*

<sup>3</sup> Resenii Inscript. Hafn. p. 412 har:

*Crede mihi haud tanti tota Chymia foret.*

Nonne tenella tibi languescere pectora sentis,  
 Pectora pectoribus quae magis apta meis?<sup>1</sup>  
 Quae comperta loquor, quia et ipsa sat omnia novi  
     Quot vestrae species, quot mala carbo, ferant.  
 Ah quoties faciem spurcas, quotiesque labella,  
     Qvae servanda mihi bella labella forent.  
 Saepe cutis toto maculis tibi corpore livet,<sup>2</sup>  
     Mollior ante nova candidiorque nive.  
 Nuper enim Stygias satagenti impellere lymphas  
     Cum tonitru Nitrum vincula rupit atrox,  
 Foetor et hinc fusus vitalem polluit auram,  
     Semianimes socios quo cecidisse liquet.  
 Tu licet elapsus (precibusque hoc accipe nostris)  
     Crebra tuo tamen hinc corpore sparsa nota est.  
 Talia namque meo, de te modo qvaerere jusso,  
     Rettulerat nato Bangus,<sup>3</sup> at ille mihi.  
 Hinc ego concepi majora pericula veris,  
     O fons solliciti plene timoris, amor!  
 Sulphura mox timui, timui Arsenicalia monstra  
     Et Salia et Stibium Mercuriosque vafros.  
 Denique quicquid erat, quod Carbonaria fallax  
     Suppetit, id totum causa timoris erat.  
 At nostro affulsit Veneris bene Sidus amori;  
     In cineres abiit, sospite, carbo, viro.  
 Retulit ille etiam, prope quod Schonburgica rura  
     Effraenes per equos versa quadriga tua est,  
 Teque genu lapsum laesisse atrociter, inde  
     Sub medicaque diu decubuisse manu.

<sup>1</sup> Denne Linie mangler ganske i Resenii Inscript. Hafn, hvor den følgende begynder med: *Explorata loquor.*

<sup>2</sup> Tyge Brahe har rettet *spargit* til *livet*.

<sup>3</sup> Formodentlig Peder Bang, der i Danske Magazin IV, 261 nævnes som Erik Langes Fuldmægtig.

Quae licet huc misso haud prorsus celata ministro,  
     Ne mihi forte alias cresceret inde dolor,  
 Tu tamen astute damnum molemque pericli  
     Texisti in propriis ingeniose malis.  
 At mea, quae eventum perraro insomnia fallunt,  
     Obvenisse istud, praemonuere satis.  
 Cor mihi namque, velut currenti, e corpore lapsum,  
     Parte sui visum est inferiore premi.  
 Mox ego sic, Genio, nondum experrecta, monente,  
     Vociferor; Titan, cor mihi, sicne cadis?  
 Sed bene tunc Phoebus, Medicæ qui praesidet arti,  
     Subveniens, nostri fautor amoris erat.  
 Attulit is pedibusque tuis genibusque, redires  
     Quo citius, nec te plus remorentur, opem.  
 Hunc nondum ob casum mea sollicitudo remisit,  
     Cum penetrat gravior corda priore dolor.  
 Diceris isse etenim, famulo comitatus ab uno,  
     Per juga praeruptis Alpibus alta nimis,  
 Et Venetum aurivoras cupide sectarier offas,  
     Quas fallax istic ars et ubique coquit.  
 Tene viae placuit temere committere tantæ?  
     Quam bene cautus abis, quam memor ante mei?  
 Nonne brevi id decuit prius admonuisse litura,<sup>1</sup>  
     Saltem ut votivis te sequerer lachrymis?  
 Fallar, et haec potius vanescat fama sub auras;  
     Laetabor, modo te Teutonis ora tenet,  
 Hinc quia spes aliqua est de te resciscere quicquam,  
     Et capere, atque animi mittere sensa, notas.  
 At cur te cupiam Germano limite claudi?  
     Heu nimium limes latus et iste patet,  
 Cum non scire licet, qua tandem parte moraris  
     Teutoniae, vel qua conditus urbe lates.

<sup>1</sup> Resenii Inscript. Hafn. p. 414 har:

*Idne prius brevibus decuit monuisse tabellis,*

Lentus abes, neque nota mihi sat causa morandi,  
     Aut quae te nimium terra vel unda tenet.  
 Quisquis ab Austrino veniens vada Baltica tangit  
     Littore, non de te pauca rogatus, abit.  
 Traditur et nostris charta huic signata labellis,  
     Si forte audierit, quo tibi danda loco.  
 Heu mihi, coelestis quod cernitur undique Titan,  
     Terrestrem, huncque meum, non reperire datur!  
 Saepe Ducem Ulricum te detinuisse putavi,  
     Caussa tuae forsitan nec fuit ille morae.  
 Saepe etiam timui, te, dum freta Baltica transas,  
     More tuo infesto vela dedisse mari:  
 Ut ratis in scopulos, quos Moenia suggerit, acta,  
     Membra aliquo cogat laesa fovere loco.  
 Quid multis? cum scire nequit, cur lentior absis,  
     Mens mea per causas irrequieta volat.  
 Tempora si memores, bene quae memoramus amantes,  
     Nostra querela suam non venit ante diem;  
 Nam mihi discedens tremulo es sic ore locutus,  
     Pallentes lachrymis cum maduere genae:  
 »Sol prius auriferi non tanget velleris astrum,  
     Quam tibi me reducem Scania vestra ferat.«.  
 Coelicus is Titan vellus bis terve revisit  
     Phryxaeum, at Titan terrae noster abes;  
 Non puto, quod ratibus secteris Jasonis aurum  
     Aut furtum lanae versicoloris ames.  
 Nec Medaea fui, nec ero, nil fraudibus utor,  
     Colchida si cupias, hic quoque Colchis erit.  
 Pergula laeta mihi est, pulcher quam circuit hortus,  
     Vix cui par dabitur, Colchida utrumque vocem;  
 Laeta vocata quidem; sed nondum cernere laetam  
     Me potuit, quamvis hic tua imago patet.  
 Quam quoties specto, suspiria cordibus imis  
     Alta traho, et lachrymis ora genasque rigo.

Mox caput inclinans, unique innixa lacerto,  
     Sic mecum tacito murmure verba premo:  
 O si is, quem pulchro referens belle exprimis ore,  
     Aforet; o coram hunc cernere quando datur!  
 Hancque diu aspiciens oculis ac sensibus ipsis  
     Linquo et ancillis excipienda cado.  
 Quin mihi vix rediens, iterum hanc, iterumque videre  
     Mens avet; in damnum tam studiosa suum est.  
 Imo haec dum memoro, sanguis praecordia stringit,  
     Vix teneor, quin mox examinata ruam.  
 Ater sanguis abi, mens et praecordia firma  
     Este mihi et saltem his addere pauca date:  
 Haec ubi scripta sient, si tunc mihi parcere iniquum est,  
     Auditu et visu me spoliare, feram.  
 Et sat sueta feram, (quam consolatio dura est, .  
     Quod nequeam expertis succubuisse malis).  
 Nil sed ago precibus, quo plus tego, saevius instat,  
     Suscepsumque dolor linquere cogit opus.  
 Ferte citae lymphas, sal, vinum, aromata, acetum,  
     Ancillaeque omnes virgoque ferte citae.  
 Ah satis, ah; redeam o liceat calamumque<sup>1</sup> resumam,  
     Quam mire cunctis sensibus orbus habet!  
 Ista abeant; adsis Titan cito meque revise.  
     Colchiacas artes, si cupis, ipsa dabo.  
 Non opus ut subeas, veluti Pegasaeus Jason,  
     Phasiacas Argo nave repostus aquas  
 Et superes tot monstra tuis Hecataea venenis,  
     Ignivomos Tauros terrigenasque viros  
 Et colubrum herbarum vigilem virtute sopitum,  
     Hinc tandem aurato ut vellere dives eas.  
 Forte sub his technis, si vera est fabula, tecta  
     Ars etiam technis Chrysopoea latet.

---

<sup>1</sup> T. Brahe har rettet pennamque til calamumque.

Sint ea vera tamen; quid enim non credimus ambo,  
 Quos animis uno corpore nectit Amor?  
 Pergula, quam dixi, quaecunque petuntur ad artem  
 Auriferam, si qua est, exhibitura satis,  
 Fornaces varias, carbones, lampada, flamas,  
 O flammae flammis cedite quaeso meis!  
 Materia hic deerit, quae sat reperitur ubique?  
 Vilis et haec fertur nec preciosa nimis.  
 Hic lapidem arcano simul ambo fovebimus igne,  
 Nempe columbae ovis femina masque cubant.  
 Hunc si multiplici nimium sub cortice tectum  
 Credibile est ullos ante habuisse Sophos,  
 Non dubito, quin tu vel ego inveniemus eundem;  
 Sol pater (ut referunt) Lunaque mater erit.  
 Sis igitur Titan pater et sim femina Lunae  
 Persimilis mater; sexus et ordo juvant.  
 Scandit is in coelos, iterum terrena revisit;  
 Sic terrena etiam dico ego Urania.  
 Primitus et Sophia ipsa vocor, lapis ille Sophorum est,  
 Forsitan hinc nostrum nomen et omen habet.  
 Ventus et hunc<sup>1</sup> utero fertur portasse, vel isto  
 Forte etiam possit qui meliora mihi est.  
 Ingeniumque, ajunt, subtile et suave requirit,  
 Haud ego grossitiem fallar ob ingenii.  
 Sic orbem hunc constare putant, sumus orbis uterque,  
 Per me alias inundus parvulus esse potest.  
 Colchide at ex veteri nova cur exempla petuntur,  
 Antiqui Hermetis cur ita dicta placent?  
 Quaerimus heu varie, frustraque aliunde vocamus,  
 Hoc satis in nobis quod latet artis opus.  
 Conjugio assimilant cum mas et femina, ponunt  
 Mollia fecundo corpora juncta thoro.

<sup>1</sup> Saaledes staaer der tydeligt i Ms. — Heiberg formoder, at det skal være *Et Venus hunc etc.* (Urania 1846, S. 190).

Contigeritque illis prolem si quando creari,  
     Arcani lapidis protinus instar habet.  
 Inque utero veluti nutritur sanguine foetus,  
     Sic humore suo fatus et ille viget.  
 Ingenitusque velut calor et moderatus et uetus  
     Maturat partum, dum foveat igne levi,  
 Sic etiam lapidem liquido lenique calore  
     Naturae ad normam, qua datur arte, foveat.  
 Alterat augendo ut forinam mutatque colorem  
     Infans, claustra tener dum geneticis habet,  
 Haud aliter lapis hic crescit variatque colores,  
     Fomenta Athanor debita quando regit.  
 Ut Lucina suos dat adhuc a matre rubentes  
     Et teneros foetus crescere lacte facit,  
 Sic rutilans fulget jam natus Chimicus infans,  
     Fermentoque suo crescit et auctus abit.  
 Utque alios iterum natus progignit adultus,  
     Sic lapis hic sobolem multiplicare potest.  
 Quam bene convenient nostris ista omnia votis,  
     Quique operi arcano competit, hortus adest;  
 Non qui pestiferos foveat vigilesque Dracones  
     Et terrae in proprias monstra parata necesse  
 Naribus aut Tauros spirantes undique flamas  
     Vel, Medaea, tua mixta Aconita manu.  
 Brachia sint angues mutuis circumdata collis,  
     Terrigenas acies terrea vasa putem.  
 Si collisa cadant, minima est jactura; Bovesque  
     Ipsi erimus juncti convenienti jugo.  
 Aestus et ira absint, proque herbis, grata, nocivis  
     Hortus, qui tribuat pharmaca, noster erit.  
 Sensus at (ut perhibent) si forte his mysticus insit,  
     Pandere et hunc nobis difficile esse nequit:  
 Tu modo, mi Titan, patrias te confer in oras,  
     Aspirent votis ventus et aura meis;

Tunc bene nota redux intrans Pomaria cernes,  
 Quam locus hic aptus sit tibi, quamque mihi;  
 Hic simul occultum, junctis modo viribus, optes,  
 Artis ut auriferae conficiatur opus.  
 Interea votis, quae nunc mihi sola supersunt,  
 Orabo superos, ut tibi adesse velint,  
 Utque brevi incolumnis, (modo ferre negotia possint,  
 Quae versas manibus) restituare mihi.  
 Non etenim cupio, festinus quod tibi damno  
 Sit redditus, quia me nil tua damna levant.  
 Quin tibi cum fidam satis ipsa, ubique moreris,  
 Nostra aliis tamen est suspicosa fides.  
 Credula quod fuerim nimium, quod stultius urar.  
 Te quoque me leviter deseruisse, putant.  
 Plura feram, modo sis tu saltem corpore salvus,  
 Id Dii si renuant, te sine nulla feram.  
 Objiciunt, blandis quod sim delusa loqueli,  
 (Sic deludi abs te femina crebra volet).<sup>1</sup>  
 At non, mellifluis, quorum tibi copia, verbis  
 Quod decepta, queror; si qua ea culpa, mea est;  
 Sponte tuis cessi votis, te sponte probavi,  
 Ut Chalyhem magnes attrahit, ipsa sequor.  
 Inter tot genere illustres, quos Dania nutrit,  
 Solus es, ex imo qui mihi corde places.  
 Te ipsum, non tua verba, moror, nil indiga verbis  
 Forma tua est, virtus me probitasque movent;  
 Sit secunda aliis, velut est facundia praegnans,  
 Me tamen in partes non trahet illa suas;  
 Suave quidem mel est, at fel sub cortice dulci  
 Quod tegat, exemplis res mihi nota satis.  
 Nec tua fictitia est, hac te Natura beavit,  
 Qua superas reliquos, grata loquela, viros.

<sup>1</sup> Denne Linie er tilføjet af Tyge Brahe i Stedet for  
*Forte et sic ludi crebra puella volet.*

Hanc tibi Mercurius Veneri sociatus in ortu,  
     Aedibus e propriis largus habere dedit;  
 Nec mirum, superum paeconi quod Venus adstans  
     Blanda tibi et pariter verba diserta parit; —  
 Quin simul his Phoebus Geminorum jungitur astro,  
     Noster et hinc geminus forte oriundus amor.  
 Sed levis est Stilbon, levis est Cytherea, Gemelli  
     Sunt duplices, constans quid queat inde sequi?  
 Sol etiam radiis, qui pandit et omnia condit,  
     Gradivi et Veneris prodidit ante dolos.  
 At quid ea huc referto? spurci valeatis amores,  
     Concessos thalamos, vincla probata loquor.  
 Si qua tamen levitas hinc aut aliunde subintret,  
     Mox abeat nostro sitque ab amore procul.  
 Me prius, hanc habeant, quotquot petulanter amasti,  
     Aut obiter si quam nunc quoque forsan amas.  
 Ista licet de te male non ego suspicer unquam,  
     Ast aliis dubium vestra libido movet.  
 »Te, procul ex oculis quae distas, scilicet, unam  
     Absens, tamque diu, tamque remotus amet?  
 Quid faciat, quaeso, longinquis deses in oris,  
     Qui, Paris alter ut est, nil nisi amare potest?  
 Crede peregrino captivus amore tenetur,  
     Quaenam illa Urania est forsan et unde rogat; «  
 Sic ajunt; surdae at frustra mihi talia narrant,  
     Et surdam et caecam me facit Arctus Amor.  
 Quicquid at his poterit (me non credente) subesse,  
     Ipsa etiam levius sit levitate, precor.  
 In vacuas Stilbon pennis diventilet auras,  
     Inque maris bullas inde id omne Venus.  
 Vos duplices Gemini vanum hunc dissolvite amorem;  
     Sub duplici et ficto corde sit iste, velim;  
 Lumine quique suo cito detegit omnia Phoebus,  
     Te prodat, casto si qua in Amore noces;

Me sed fixus amor, (si quid tibi sidera fixi,  
     Si quid perpetui contribuere) juvet.  
 Hunc Jovis intuitus quinta de cuspide firmet;  
     Jupiter es constans, quinta es amica domus.  
 Displacet, invisae constringi Virginis astro  
     Vosque premi opposito tardigradoque sene.  
 At mihi Virgo favet, nostro quia fulsit in ortu,  
     Heu nimium nobis forsitan illa favet.  
 Perpetuo est sterilis, sterilem quoque transigo vitam;  
     Virgo nec ulla parit, nec vidua ulla parit.  
 Artibus at facit oblecter, velut altera Pallas,  
     Mercuriusque sacrissima iugeniosa litem.  
 Ipse etiam in propria feliciter aede locatus  
     Et Lunam aspiciens promovet artis opus.  
 Scilicet hoc unum longi est solamen amoris,  
     Ut tua, Penelope, tela retexta diu.  
 Nec placet, in signo tibi quod saltem unicus erro  
     Hospitium fixo Marsque malignus habet,  
 Culmine tecta cadens male quique inimica subintrat,  
     Quin mihi sic etiam Mars inimice cadis?  
 Hoc habeas, solido quicunque inimicus amori es,  
     Spero quod hinc nostris hostibus omen erit.  
 Et licet est fixum Martem quo corniger abdis  
     Hospitium, tamen id vix placuisse potest.  
 Aversum a proprio est, simul hic nocet ille Diana,  
     Pronuba quae Tauri scandere tergus avet.  
 Et licet alterna juvet hanc quod sede recepit;  
     Attamen his obstat plus duodena domus.  
 Mars igitur valeas, alibi infortunia figas,  
     Nunc, quae agitas, non vult cornua noster amor.  
 Falcitenens potius validos bene firmet amores,  
     In quamvis etiam dicitur esse malus:  
 Non tamen esse malum Mystes Aegyptius olim  
     Credidit, hunc habuit sed potiore loco.

Esse bonus nobis poterit: sublimior extat,  
     Inque Jovis solio vix mala blandus agit.  
 Cujus ad aspectum (licet haud bona quadra putetur  
     Est magis sextilis) applicat alma Venus.  
 Est mihi, sitque bonus precor, et te figere possit,  
     Ut tuus in nobis perpetuetur Amor.  
 Non tamen ut fixus maneas, ubicunque moreris,  
     Te revocet potius, quae cita, Luna, pede est.  
 Ad ~~tuus~~ radios pergit Venus alma; quadrati  
     Sint licet, evadunt ex brevitate boni;  
 Tunc simul ipsa Jovis, qui conjugalia curat,  
     Sextilem intuitum (lux bene fausta) petit:  
 Hinc ego concipio spem firmam, nocte quod ista  
     Monstrabit thalamis taeda cupita viam.  
 Cypria nam maribus, Juno et quoque pronuba fertur,  
     Conjugiumque illis signat Amoris opus.  
 Adde, quod et Phoebum radii Jovis inde benigni  
     Excipient, qui nos prole beare volent.  
 Quid dicam? Genesis nostra et sub tempore eodem  
     Ad Veneris radios te quoque Luna movet;  
 Mox Venus ipsa Jovis sidus, quod praesidet almo  
     Hic bene conjugio, gestit adire patris:  
 Quam bene utrinque cadit sub idem directio tempus!  
     Aspirant thalamis sidera ubique piis.  
 Quin mihi Saturnus Venerem sat fixit in ipso,  
     Quo satagunt ambo sceptra tenere, loco.  
 At timeo, ne sede cadens (sed Sole receptus)  
     Hanc nimium radio figat ab opposito.  
 Hinc mihi tot forsitan, quot castum propter amorem  
     Perfero, languores tristitiaque fluunt.  
 Jupiter est moderans loca, quae tribuere periti  
     Conjugio, in proprio limine faustus agit.  
 Sol, quem femellis perhibent signare maritos,  
     Adjuvat hunc flammis irradiatque bonis.

Ille etiam signo, quod habet tibi septima, gaudet,  
 Septima conjugii rite dicata domus.  
 Auguror et placidos et laetos hinc Hymenaeos,  
 Acceleres sacras, o Hymenae! faces.  
 Sepone invidiam, utque tuo mox nomine gaudens,  
 O Erycina Venus, des Ericina vocer.  
 Adde, Planeta quod elatus vel sedibus altis  
 Vel residens propriis bis mihi binus adest.  
 Nec me perpetuis patietur fluctibus abdi,  
 Tandem etiam nobis tempora veris erunt.  
 Nil mirere tamen, quod coelum et sidera pando,  
 Utpote femineo quae minus apta colo.  
 Sum quoque, si nescis, praeter muliebria dona,  
 Astrologa, id propter dicor et Urania.  
 Sidera suspicio, Genesesque recludo, nec istud  
 Contribuit frustra nomen Apollo mihi.  
 Tuque velut, quae prona, videns, hanc expetis artem,  
 Quae terra effossis rebus anhelat opes.  
 Sic ego sic sursum, quae sunt coelestia specto;  
 Ars mea (condones) celsior arte tua est.  
 Ut coelum terras, sic nostra ars Chimica vincit,  
 Adde quod haec vera est, Chimia falsa nimis.  
 Ast tibi quae placeant, quaecunque vel unde petantur,  
 Non poterunt unquam displicuisse mihi.  
 Tu modo fac redeas, revocantiaque astra sequaris,  
 Qvae cito conjugii tempora laeta notant.  
 Quicquid erit, quod te reficit, delecter eodein,  
 Chimica sive voles, carmina sive voles.  
 Nam cum te multum recreet quoque blanda Poësis,  
 Altera sim Sappho, metra sonora canam.  
 Sola nec ipsa tibi sim caussa, ut promptior adsis,  
 Quin tenerum natum respice, quae so, meum.  
 Aetas (dante Deo) veniet mage firma Tagoni,  
 Consiliis foret haec nunc moderanda tuis,

Ut virtute acri referens utrumque parentem,  
     Teque sequi studiis gestiat usque bonis.  
 Hei mihi quot morbis fuit ille obnoxius, et quot,  
     Dum tu tardus abes, saeva pericla tulit.  
 Ast spero, Numen mihi quod dedit huncce Supernum,  
     Servet, et haud seros auferat ante dies:  
 Laetitiae ut nobis decorique existat adultus,  
     Longaevus nostris insideatque bonis.  
 Si quid habent, ut habent, coelestia sidera veri,  
     Nascenti huic pueru fata benigna dabant.  
 Pone ortum Venus alma fuit sub sidere Cancer,  
     Quare in amore illi, blande Cupido, faves.  
 Sol Geminos tenuit, capit hunc consuetus Achates  
     Hospitio Stilbon undecimoque loco.  
 Clarus is hinc fiet, simul ingeniosus, ut artes  
     Percipiat doctas; multus amicus erit.  
 Culmine Mars supero mox se sublimior effert,  
     Huic Aries solio dat residere suo.  
 Ascendens videt is trino (licet ille quadratus  
     Esse queat) radio; te quoque Phoebe videt.  
 Hunc etiam recreat Lunaeque Jovisque benignus  
     Intuitus, nec lux Falcitenentis obest.  
 Praevideo hinc, rebus felicem aptumque futurum,  
     Quas nimium toto Mars ferus orbe gerit.  
 Hincque canes et equos, bombardas, arma, sagittas,  
     Si qua foret, docta gnarior arte reget.  
 Ast utinam, Gradive Pater (seu vitrice prorsus)!  
     Filiolo haec non des munera, des aliis.  
 Nulla salus opere in Martis, pax aurea praestat,  
     Inque mala poterit re nihil esse boni.  
 Quin mage Saturnum, quem septimus ordo domorum  
     Continet, extimeo; lentus atroxque nocet.  
 Is tamen in propria requiescens sede triumphat,  
     Pocla suus praebens huic Ganymedes adest.

Conjugio haud obstat, sed firmum et gratius adfert,  
     Forte tamen remoras stans repedansque facit.  
 Id saltem metuo, radiis ne quando sub ortum  
     Venerit oppositis, *damna proterva ferat.*<sup>1)</sup>  
 Est etenim octavae praeses, quae mansio dira est,  
     Annus et is novies bis numerandus erit.  
 Hunc pravum intuitum simul et mox cauda Draconis  
     Fascinat excipiens ingeminatque malum.  
 At quia tam faustas quinta sub sede tabernas  
     Jupiter atque illi juncta Diana tenent,  
 Isque suo gaudens venientem lumine et auctam  
     Accipit hospitio, dissipat omne malum.  
 Laetitiam importat, vitam prolongat, honores  
     Dans et opes, natis conjugioque favet.  
 Res quoque rara patet, quatuor sunt nempe Planetae  
     Aedibus in propriis praecipuisque locis:  
 Omnibus in gestis haec toto tempore vitae  
     Eximia natum prosperitate beant.  
 Singula quid referam? Genesis vix faustior ulla est;  
     Si pariam, similem saepe redire velim.  
 At supera ex voto quamvis sint sidera fausta,  
     Cuncta simul faveant inferiora, precor.  
 Ipsum homines et ament, seu mas, seu femina, et ipsum,  
     Quicquid terrestris continet orbis, amet.  
 Nulla salus tamen ex astris, Tellureque nulla est.  
     Te, Tago, perpetuum sospitet, oro, Deus.  
 Dum loquor, heu tristis nimium mihi fama refertur,  
     Quod modo praecipuus noster amicus obit.  
 Carior haud illo mihi, vixque fidelior alter  
     Suppetit, o nimium mors inimica bonis!  
 Spero tamen, quod inanis erit tam concita fama;  
     Hoc meus in somnis nec monuit Genius.

<sup>1)</sup> Sic in ms. Heiberg tillader sig at læse:  
*Oppositus Veneris, damna proterva ferat.*

Quam lugubre foret caro hoc privarier astro,  
 Talia nam nobis sidera rara micant.  
 Eurialo et Niso similis quamplurimus olim,  
 Tam tibi, quamque mihi, fidus amicus erat.  
 Quam bene jam reliquos digitis numerabimus omnes,  
 Ambobus vix nunc unus et alter adest.  
 Tempora laeta ferunt multos, sed nubila tollunt,  
 Fortunae arbitrio stantque caduntque simul.  
 Paene mihi solus superest sine felle vel astu,  
 Qui perstet firma frater Apollo fide.  
 Nec frustra huic placidus roravit Aquarius ortum  
 Fixus et humanus, Tardigradique domus.  
 Cum Jove, qui Venerem facit undique cingere Eoas  
 Scandentesque fores, lux ea fausta micat.  
 Jupiter, alternum pariter cum Falcitenente  
 Hospitium mutans, plus gravitate juvat;  
 Mars etiam proprias aurati velleris aedes,  
 Alterna e cathedra Sole receptus, habet.  
 Unde animo est acri et rebus citus instat agendis,  
 Fortiter Herculei fertque laboris onus:  
 Quinetiam Stilbon Saturni limina grata,  
 Hujus et amplexu Soleque cinctus, adit,  
 Cumque sua Lunam gradientem Virgine, trino,  
 Qui menti aspirat, respicit intuitu.  
 Inde magis constans habet ingeniumque profundum,  
 Utque operae precium nil, nisi grande, putet.  
 Hinc quoque judicio consultus praevalet alto,  
 Vulgus et hunc nugis nil remoretur iners.  
 Ergo minus mirum est, quod nostro is plaudat amori,  
 Hunc temere ex atomis nec putet esse satum.  
 Scilicet hic restat de tot mihi fratribus unus,  
 Qui capiat, quod te non temulenter amem.  
 Hoc facit ingenium, gravitas, prudentia, virtus,  
 Hoc et amor recti, judiciumque facit.

Sufficiat nobis, primaevus candida frater  
     Quod nostro facilis corda in amore gerat.  
 Quid si etiam ex astris tandem ventura revolvens,  
     Hinc tacitus nostros praevideat thalamos,  
 Sidereisque ideo frustra haud obsistere fatis  
     Audeat! o quantum fata in amore valent!  
 Fato junguntur, fato solvuntur amores,  
     Non habet hic semper Gaza, Genusve locum.  
 Quam pulchrum est, hominem simul et praescire futura  
     Et simul, affuerint si bona fata, sequi.  
 Incauti hic titubant, quos ignorantia turbat,  
     Frater at hic noster callet utrumque satis.  
 Hic mihi frater erit semper, quem fautor Apollo,  
     Ex quo etiam merito nomina gestat, amet.  
 Sive igitur faveant alii, seu lumina vibrant,  
     Ut soliti, torvo torva supercilium,  
 Nil tamen impudent, quin nos constanter amemus,  
     Et pro mille aliis frater is unus erit.  
 Imo haud obstabit, decuit quos ferre levamen,  
     Quod noceant reliqui verbaque saeva crepant.  
 Si non Titanem (dicunt) tam perdite amares,  
     Ditior et major vir tibi (crede) foret.  
 Ipso in amore tamen si qua est sapientia, certe  
     Haud credam, quod te desipiente amem.  
 Non ego divitias, non mundi sector honores,  
     Officioque, gravi complacuisse viro.  
 Omnibus officiis, fundis, aurique talentis,  
     Nam persona mihi carior una tua est.  
 Plura etiam agglomerant, mea quae nunc cuncta referre,  
     Vel meminissem semel mens sibi recta piget.  
 Hi dicant, quaecunque volent, tua dicar oportet,  
     Titanis maneam semper ego Urania.  
 Absis sive diu, celer hic me sive revisas,  
     Corde meo fixus tu tamen usque sedes.

Nec tu sponte tua, sed valde invitus abesse  
     Cogeris, ac malles semper adesse mihi.  
 Hucque subinde etiam perque intervalla redires,  
     Sed metuis, crescat sic quod utrinque dolor<sup>1</sup>  
 Ne, me iterum ut linquas, tibi dum sit forte necessum,  
     Tristitiae nimium multiplicetur onus.  
 Ergo voles potius peregrinis degere in oris,  
     Hospitia hic donec sors tibi firma dabit.  
 Intereaque mihi non scribere negligis ultro,  
     Res ea sit quamvis te remorata diu.  
 Sive quod ex votis nemo internuntius adsit,  
     Saepe viam ingressae seu periere notae.  
 Quicquid id est, facit hoc non ulla aversa voluntas,  
     Scribere satque cupis satque redire cupis.  
 Perque tuum quoties venit huc portata ministrum<sup>2</sup>  
     Littera. sic illum diceris ore sequi:  
 »Hanc ego, serve, tibi, qua me felicior ibis,  
     Fortunam invideo; servus ego o fierem.«  
 Et chartam irate alloqueris, quam rumpere velles,  
     Altera in calamo mox peraranda foret:  
 »Tune meis digitis, quibus es conscripta, bearis  
     Charta magis? digitis te cito Nostra teret;  
 Teque oculi inspicient, quos his ego cernere mallem,  
     Oscula forte dabit, quae mea sola forent.  
 Hoc simul ut faciam, fas est, prius oscula libo,  
     Nomen ubi augustum scribitur Uraniae.  
 Spero quod illa brevi pariter tibi basia figat,  
     Qva suus hic Titan nomina parte tenet.  
 Vade igitur visum toto hanc qua pulchrior orbe  
     Nulla meis oculis femina; vade cito.

---

<sup>1</sup> Denne Linie har Tyge Brahe skrevet i Stedet for  
*Ni timeas dolor hinc quod magis auctus erit.*

<sup>2</sup> Denne Linie har Tyge Brahe skrevet i Stedet for  
*Nam quoties proprio venit a te missa ministro.*

Heu mihi quod sine me tam grata palatia vises,  
 Heu quod scriptori non licet ire tuo!«  
 Sic loqueris (dicunt) sic crebro nos adeuntes  
 Insequeris famulos; grata loquela mihi est.  
 Singula scire juvat, missi cunctosque ministri  
 Ut nutus referant cunctaque verba volo.  
 Ergo sive adsis, seu non, seu scribere, seu non  
 Saepe voles, modo ames, semper amandus eris.  
 Nec tamen addubito, quin tu carissime Titan,  
 Perpetuo Uraniam, quae tua semper, ames.  
 Si te etiam nunquam, quod Di prohibete, viderem,  
 Ex oculis tamen his non abolendus eris.  
 Mente mea impressus Titan sine fine manebis,  
 Fixus eris cordi tempus in omne meo.  
 Te praeter nemo nostro potietur amore,  
 Mille proci fuerint, commoda mille ferant.  
 Attamen haud credam, quod sint tam Numina saeva,  
 Nuper ut incepta spe spoliare velint.  
 Id saltem vereor, ne dum lentissimus absis,  
 Quod mea sit reduci forma probata minus.  
 Nam quae pulchra satis, te discedente, videbar,  
 Altera, quando redis, forsitan esse puter.  
 Non quod adhuc annis onerer, rugasve timescam,  
 Saepe etiam senium sollicitudo parit.  
 Anxetas me multa premit, nec deserit unquam,  
 Haec quoque dum scribo, durior, ecce! redit.  
 Nam modo qui fuerat de morte incertus amici  
 Rumor, en hunc nimium littera missa probat.  
 Heu mala quod semper sibi constet fama, nec unquam  
 Eventus habeat prospera quaeque bonos.  
 Nil licet in somnis hoc admonuisse recorder,  
 Signa tamen Genius, me vigilante, dedit.  
 Quam mihi mira fui, simul et quam tristis eodem,  
 Abstulit hunc terris quo Libitina die.

Omen erat tanti (modo quid sint omina) luctus;  
 Dixi aliis: certe res metuenda subest.  
 Attamen haud potui cito persentiscere, rumor  
 Quod nimium verus (proh dolor) iste foret.  
 Nempe aegre, quae grata minus sunt, credimus, at quae  
 Sunt accepta satis, mox meruere fidem.  
 Non tamen exponam, quis sit, mens ipsa tremiscit  
 Dicere, nec nomen sustinet ore dolor.  
 Sit signasse satis, quod erat tuus optimus ille,  
 Et meus, et nostri fratris amicus: habes,  
 Forsan habes nimium; nec enim te scire volebam,  
 Sponte sua pernix sat mala fama venit.  
 Nunc igitur dolor hinc auctus me sistere pennam  
 Cogit, et, ut vellem, scribere plura vetat.  
 Ast ubi sis praesens, simul et jungamur in uno,  
 Quae modo subticeo, plurima aperta dabo.  
 Tunc quae passus eris, mihi denarrabis acerba,  
 Ipsaque nostra tibi; forte levamen erit.  
 Quod superest, bene vive! diu ut salvusque revisas  
 Uraniam; o Titan semper amate, vale!

---

Superscriptio Epistolae hujus, ubi composita et ab  
 Urania obsignata fuerit, haec erit:

Hanc sexcenteno quae constat Epistola versu,  
 Accipe, mi Titan, et lege quando vacat.  
 Tam prolixa ideo est, ne sit responsio prompta,  
 Ipse sed hanc nobis ore referre velis.

En tibi sexcentos tribuit quos pagina versus,  
 Sunt ideo multi ne sit responsio prompta.<sup>1</sup>

---

<sup>1</sup> Denne Linie er tilføjet af Tyge Brahe.

Haec in Erichsholmi perarata est litera Castro,  
 Cum geminos Pisces Sol redeundo capit.  
 Di cito dent, gemini hic pisces capiamus Amantes,  
 Tuque redux Titan et tua ego Urania.

Dette Digt er her gjengivet efter en samtidig Afskrift i det k. k. Hofbibliothek i Wien. (Ms. Nr. 10,686, fasc. 12). Afskriften er skrevet med en meget regelmæssig og tydelig Haand, der ikke er Sofie Brahes, og den er forsynet med en-deel egenhændige Rettelser og Forandringer af Tyge Brahe. I Afskriften findes endeel Accenter, der her ere udeladte, da de ere anbragte aldeles vilkaarligt. Ligeledes er Interpunctionen forandret, da den i Manuskriptet saagodtsom udelukkende bestaaer i, at der stedse findes et Komma efter den første, og et Punctum efter den anden af to sammenhørende Verslinier. Digtet er meget feifuldt aftrykt i Resenii Inscriptiones Hafnienses, Hafniae 1668, 4<sup>to</sup> p. 411—29, og her findes ved Slutningen Aarstallet 1594, medens den benyttede Afskrift ikke har noget Aarstal. Hos Resen findes efter Overskriften „Urania Titani“ strax de 4 Linier:

En tibi sexcentos præbet quos Pagina versus,  
 Accipe, mi Titan, et lege quando vacat.  
 Sunt ideo multi, ne sit responsio prompta,  
 Ipse sed hanc nobis ore referre velis.

medens disse i Haandskriftet først findes ved Slutningen og i en meget forandret Skikkelse. De kunne vistnok, som Afskriften angiver, betragtes som en Overskrift, og det samme er paa en Maade antydet hos Resen derved, at Ordet „Venit“ i den følgende Linie begynder med et Uncialbogstav. I Afskriften, altsaa ogsaa i nærværende Aftryk, udgjør Digtet, foruden de 10 Linier efter Slutningsstregen, netop 600 Verslinier. Ved Slutningen af Aftrykket hos Resen staaer, som allerede sagt, 1594, hvilket vistnok er rigtigt. Den trofaste Ven, som Tyge Brahe og Sofie nylig havde mistet, og som omtales i Digtet, har formodentlig været Falk Gøje, der døde den 3 Januar 1594 (ifølge Eiler Brokkenhuses Kalenderantegnelser). — Efter Resens Aftryk har J. L. Heiberg leveret en smuk dansk Oversættelse, som er trykt i hans *Urania* for 1846 og derefter i hans *Prosaiske Skrifter IX.* Bd. Han har ledsaget den med adskillige Anmærkninger, hvori han bl. A. søger at

rette nogle af Feilene i Resens skjødesløse Aftryk, og man vil bemærke, at de af ham foreslaede Rettelser tildeels stemme overeens med den her benyttede Afskrift. — Sofie Brahe, Tyge Brahes yngste Søster, blev vistnok 1577 gift med Otto Thott til Eriksholm (det nuværende Trolleholm) i Skaane. (I Lyskanders Levned ved Rørdam nævnes S. 306: Epithalamium Otthonis Tott et Sophiæ Brahe, Hafn. 1577, af Theodorus Martius eller Thord Markussen). Men Otto Thott døde den 24 Marts 1588. Sønnen Tage Thott blev født den 27 Mai 1580. Sofie Brahe blev senere, formodentlig 1590, forlovet, og 1602 gift med Erik Lange, som hun kaldte Titan; hendes Broder Tyge havde givet hende Navnet Urania, og hun kaldte ham Apollo.

## 5.

*1594. 11. November. Brev fra Professorerne ved Kjøbenhavns Universitet til Tyge Brahe.*

Voris ganske venlig helsen nu oc allthiid forsent med gud etc. Gunstige welbiurdige Tyge Brahe, nest wores wenlig tacksigelse for allt beuiste ære oc gode, giffuer wi eder thillkiende, att oss nu nyligen er forekommen en woris tiener Lauge vdj Klare mølle, med Klagemaall po en aff eders thienere ved naffn Peder, i Hellig 3 Kongers mølle, Huilched hand schriftlig vdj dette medfølgendis breff forfatted, och oss offuerantuordet haffuer. So wilde wi, førend wi wores bonde med retten forsuare, lade eder, som wores Universitetz gode wen oc fordrer, saadant vide, begierendis ganske gierne her om eders raad oc gode suar, om i selff wille straffe eders thienere, som denne fattige mand i so maade haffuer forwretted, eller wi hannem for saadant skall lade thilltale, huilcked wi dog icke gierne giorde, der som wi wiste, atti derudoffuer skulle lade eder i nogen mode fortørne; Men megit heller gør allthid gierne, huer y sit sted, hues eder thill ære, willie oc thieniste kand

werre, Det kiende gud, huilchen wi will her med haffue  
eder befaled. Datum Hafniæ 11 Novembris Anni 1594.

Rector och menige  
professores academiæ  
Hafniensis.

Konsistoriets Kopibog i Kvart, 1594—1600, fol. 3, hvor Brevet har til Overskrift: „Copie aff itt breff, som bleff schreff-uen thill Tyge Brahe om forne Klagemaal“. I samme Kopibog fol. 1—2 findes Lauge Møllers Klage over Peder Møller. Den gaaer ud paa følgende: Peder Møller og hans Folk havde forhindret Lauge fra at sætte et Gierde; han havde ferhøjet sine Vandrender og Stigbord, saa at Vandet havde ødelagt den Vei, der førte til Klare Mølle og den nedenfor samme liggende Mølle; Mandagen den 21. Oktober havde han om Morgenens tidlig optaget sit Stigbord, saa at Vandet var løbet over Klagerens Mølledæmning og giort stor Skade paa hans Stuehuus og Mølle; endelig var Peder Møller om Natten kommet med Værge ind til Klageren og havde truet og undsagt ham paa Livet.

## 6.

*1594. 7. December. Brev fra Tyge Brahe til Professorerne ved Kjøbenhavns Universitet.*

Magnitice Domine Rector och Hederlige och Høyerde professores vdj Kiøbenhaffns Vniuersitet, Synderlige gode Venner, Nest min wenlig Tacksigelse for allt beuiist gode, huilcket at forskylle ieg stedse vill findis aff formuenn willig. Giffuendis eder der hoes gandske wenligen thilkiende, att eders schrifffuse er mig for nogle dage thillhende kommen, huor vdj y lod mig forstaa om eders thiener vid naffn Lauge Møller vdj Klare Mølle y Roskiilde, at hand haffuer ført nogenu Klagemaall offuer en. aff minn thiener vid naffn Peder Møller, som ligger til Kongernis Cappell sammesteds, huilche hans Klagemaall schriftligen forfattede, y mig med samme eders breff

